

visioni quam a Spiritu Sancto habent Angeli, tribuit quod peccare non possunt. Et Hieronymus lib. de summo bono c. 12. Angeli (inquit) licet sint natura sua mutabiles, non sint tamen eos contemplatio mutare divina.

67 Tertio: Videns Deum nihil potest appetere nisi ratione bonitatis divinae, & in ordine ad illam: Ergo ex vi beatificae visionis reddatur impeccabilis. Consequentia est bona: nam peccans appetit obiectum absque ordine ad bonum divinum. Antecedens probatur: Nam ut ait S. Thomas hic art. 4. & 1. p. q. 62. art. 8. & q. 24. de verit. art. 8. sic se habet respectu videndis Deum bonitas visa, sicut respectu viatoris bonitas in communi: At viator nihil potest appetere nisi ratione boni in communi: Ergo nec videns Deum potest aliquid velle, nisi ratione bonitatis divinae, & in ordine ad illam.

68 Hanc rationem D. Thomas improbat Vasquez hic disp. 18. c. 2. n. 9. & ait illam non videri admodum efficacem: nempe quia alio modo comparatur bonum in communi cum singulari obiectis voluntatis, quam Deus cum eisdem: bonum enim in communi includitur essentialiter in singulari obiectis, circa qua voluntas versatur actu perfectionis: & hac ratione non potest aliquid velle voluntas, quod non sit bonum, neque ab aliquo averti, quod bonum sit: At vero Deus non ita includitur in singulari obiectis voluntatis: ideo disp. est inter utrumque ratio.

69 Verum hac instantia & ratiocinio frivola est: etsi enim bonum divinum non claudatur essentialiter in bonis appetibilibus, non minus tamen efficaciter movet voluntatem Beati, quam bonum in communi voluntatem viatoris; immo efficacius movet, cum necessitet voluntatem Beati non solum quoad specificationem, sed etiam quoad exercitium, ut art. 1. ostendimus. Atqui (subsumo) propter efficaciam qua gaudet bonum ut sic respectu voluntatis viatoris, nihil potest illi ut bonum proponi, nisi prout fiat sub bono in communi: Ergo ob majorem efficaciam bonitatis divinae respectu voluntatis Beati nihil poterit illi ut bonum proponi, nisi ut fiat sub ordine ad bonitatem Dei.

70 Confirmatur: Ideo viator nihil potest representari ut bonum, nisi sub ratione boni in communi, quia evidenter iudicat nihil esse bonum, nisi ut clausum sub illa; At videns Deum etiam evidenter iudicat nihil esse bonum, nec diligibile, nisi ut fiat sub ordine ad bonitatem Dei: Ergo sicut nihil potest viatori proponi ut appetibile, nisi ut fiat sub bono in communi; ita nequit Beato aliquid ut appetendum proponi, nisi ratione bonitatis divinae, & in ordine ad illam.

71 Haec duae rationes probant visionem Dei excludere non solum peccata commissionis, sed etiam omissionis: nam etiam haec requirit aliquem defectum in intellectu, & sunt volita saltem indirecte & interpretative contra legem Dei.

Secunda radix unde oritur impeccabilitas Beatorum, est amor beatificus, qui ex visione sequitur, veluti prima ejus proprietatis. Unde sic arguo: Beatitudo includit amorem beatificum, si non tanquam propriam essentialiam & rationem formalem, saltem ut primam ac praecipuam ipsius proprietatem: Sed cum tali amore impossibile est actuale peccatum: Ergo beatitudini ab intrinseco competit impeccabilitas. Major patet, Minor probatur. Per peccatum homo avertitur a Deo ut ultimo fine, & per caritatem in Deum ut ultimum finem convertitur: At averso a Deo, & converso actualis in ipsum, simul esse nequeunt: Ergo cum amore beatifico impossibile est actuale peccatum.

72 Dices, hoc argumento convinci Beatos non posse peccare mortaliter, quia peccatum mortale est averso a Deo ut ultimo fine: non probari tamen beatitudinem esse incompatibilem cum peccato veniali, quod non avertit a Deo.

Sed contra: Licet peccatum veniale non avertat a Deo, divertit tamen ab ipso: At cum amore beatifico impossibile est nudum averso a Deo, sed etiam diverso: Ergo amor beatificus non solum excludit peccatum mortale, sed etiam veniale, & cum neutro compatibilis est. Major est certa: per hoc enim differunt actus caritatis, peccatum mortale, & peccatum veniale, quod caritas convertit hominem in Deum tanquam in ultimum finem; peccatum mortale illum a Deo ut ultimo fine avertit; veniale autem neque convertit, neque avertit, sed solum divertit ab ultimo fine. Minor vero probatur: Amor necessarius nedum quoad specificationem, sed etiam quoad exercitium, non solum cum averseione a Deo, sed etiam cum diversione ab illo est incompatibilis; cum enim sit continuus & nunquam interruptus, omnia qua beatius diligit, actu refert & ordinat in divinum bonitatem tanquam in ultimum finem: Atqui amor beatificus, nedum quoad specificationem, sed etiam quoad exercitium, necessarius est, ut art. 1. ostendimus: Ergo cum illo nedum averso, sed etiam diverso a Deo est incompatibilis.

73 Confirmatur: Actus caritatis, quo taliter homo fertur in Deum, ut si memoria occurreret veniale peccatum, ipsum detestaretur, cum eo peccato incompatibilis est: Sed

amor patrie illius est conditionis: Ergo cum veniali peccato est incompatibilis. Major patet, Minor probatur. Amor patrie debet esse conformis cognitioni per quam regulatur: Sed visio beatifica, qua regulat amorem patrie proponit Deum ut super omnia diligendum, & ad minus virtualiter iudicat nihil esse appetibile quod ad Deum ordinabile non sit: Ergo amor beatificus non solum est dilectio Dei super omnia, sed etiam excludit quemvis affectum obiecti ad Deum ut finem ultimum non ordinabilis, & virtualiter detestatur omne peccatum veniale.

74 Ratione ista ex amore beatifico desumpta saepe utuntur SS. Patres, praesertim Gregorius lib. 5. moral. c. 27. alias 28. ubi ait: *Natura Angelica est in semetipsa mutabilis, quam immutabilitatem vincit per hoc, quod ei qui semper idem est, vincunt amoris colligatur.* Et D. August. 14. de civit. cap. 9. *Ubi (inquit) boni adepti amor immutabilis est, profecto, si dicit potest, mali cavendi timor securus est.* Illius etiam meminit Anselmus lib. de casu Diaboli cap. 6. & D. Thom. quest. 24. de verit. art. 8. & lib. 4. contra gentes cap. 92. ratione 7.

Dices: Caritas patrie, & caritas via sunt ejusdem speciei: caritas via interdum est major, & perfectior intensiva caritate patrie: Sed caritas via non excludit potentiam ad peccandum, immo nec actuale peccatum, saltem veniale: Ergo nec caritas patrie.

Respondeo, concessi Majori, & Minor, negando Consequentiam: nam caritas patrie non habet ex sua ratione specificam, nec ratione perfectionis intensiva qua gaudet, quod tollat potentiam ad peccandum, sed solum ratione perfectionis individualis, seu modi operandi quem habet in patria: cum enim ibi regulatur per lumen gloriae, & clarum visionem, qua Deum ut habentem omnem rationem boni clare representat, & iudicat nihil esse appetibile quod ad Deum ordinabile non sit; hinc habet quod non libere, sed necessario operetur, & tollat potentiam ad peccandum etiam venialiter, ut antea exposuimus.

§. II.

Corollarium notatu dignum.

75 EX dictis inferes contra Victoriam relatum a Medina hic art. 4. & contra Aegyptium a Praesentatione lib. 11. q. 16. art. 3. §. 3. causam sufficientem impeccabilitatis beatorum esse visionem beatificam: unde est de facto visio & amore impeccabiles reddantur, si tamen de potentia Dei absoluta amor ex visione non sequeretur, ratione solius visionis impeccabiles remaneret.

Patet hoc corollarium ex supra dictis. Tum quia voluntas videns Deum ita se habet respectu boni divini, sicut voluntas viatoris in ordine ad bonum in communi: unde sicut impossibile est aliquem in via operari, nisi recipiendo rationem boni in communi: ita qui videt Deum non potest velle quicquam quod non ordinetur ad ipsum. Tum etiam quia, ut supra arguebamus, non potest esse in voluntate peccatum, nisi in intellectu error, ignorantia, aut inconsideratio praecedat: Sed visio beata ratione sui omnes defectus ab intellectu beatorum excludit: Ergo ratione sui, amore non subsecuto, est incompatibilis cum actuale peccato.

76 Dices: Visio beata non habet immediatam oppositionem cum peccato: Ergo non habet ex natura sua excludere illud. Consequentia videtur legitima. Antecedens probatur: quia visio est in intellectu, peccatum in voluntate: quae autem sunt in diversis subjectis, non habent immediatam oppositionem, neque esse invicem excludunt, ut summa frigiditas in manu, & summus calor in pede: Ergo, &c.

Respondeo, concessi Antecedente, negando Consequentiam. Licet enim visio Dei non habeat immediatam oppositionem cum peccato, habet tamen oppositionem immediatam cum aliquo requisito de necessitate ad peccatum, scilicet cum iudicio pratico, quo intellectus hic & nunc iudicat aliquid bonum apprens esse eligendum & amandum, quamvis legi divinae contrarietur, & non sit ordinabile in divinam bonitatem: hoc autem sufficit ut visio beatifica ex se, independentem ab amore quem causat, peccatum tan mortale quam veniale excludat, & cum utroque sit incompatibilis, ut patet ex supra dictis.

ARTICULUS V.

Utrum de potentia Dei absoluta possit cum visione, aut amore beatifico, peccatum actuale, vel saltem habituale componi?

77 IN hujus difficultatis resolutione tres reperio Theologorum sententias. Prima asserit peccatum, tam actuale quam habituale, posse de absoluta Dei potentia cum visione & amore beatifico conjungi. Sententiam hanc defendunt omnes qui censent, beatitudinem non reddere hominem impeccabilem ex propria & intrinseca ratione, sed ex extrin-

extrinseca providentia & mantententia Dei, quos articulo precedenti impugnavimus. Secunda id contendit de peccato habituali, & negat de actu. Ita Durandus, Victorius, Medina, Suarez, Salas, & alii. Tertia negat peccatum tam actuale quam habituale posse cum visione & amore beatifico simul existere. Hanc ut probabiliorum fuisse sententiam Martine, Ildephonus, Joannes a S. Thoma, Marcus a Serra, & alii ex nostris Thomistis.

§. I.

Prima difficultas resolvitur.

78 Dico primo, non posse, etiam de absoluta Dei potentia, cum visione aut amore beatifico peccatum actuale componi.

80 Hae conclusio sequitur ex fundamentis, articulo precedenti statuit: Nam juxta D. Thom. sic se habet respectu non videndis Deum bonitas divina, sicut respectu non videndis Deum ratio boni in communi: At impossibile est per quamcumque potentiam, quod homo in via aliquid velit, nisi sub ratione boni in communi; cum malum ut tale non possit appeti: ut infra patebit: Ergo repugnat quod in patria videns Deum velit aliquid, nisi in ordine ad bonum divinum; atque ideo quod velit peccatum. Item impossibile est quod aliquis peccet sine iudicio pratico, quod iudicatur hic & nunc esse appetendum aliquid, quod ad Deum non sit ordinabile: Sed implicat tale iudicium cum beatifica visione conjungi: nam illa est perfectum iudicium, quo beatus speculative & practice iudicat Deum esse super omnia amandum, & omnia ad ipsum esse ordinanda: Ergo peccatum actuale non potest, etiam de absoluta potentia, cum beatifica visione componi.

81 Confirmatur: Ideo odium Dei cum beatifica visione conjungi nequit, quia stante visione non potest voluntati proponi Deus sub ratione mali; cum per illam proponatur & representetur ut summum bonum: At etiam repugnat quod stante visione voluntati ut bonum proponatur aliquid obiectum, avertens aut divertens a Deo; cum beatus evidenter iudicet per illam nihil esse bonum nisi in ordine ad Deum; Ergo repugnat cum visione beatifica quodvis peccatum actuale, non minus quam odium Dei conjungi.

82 Confirmatur amplius: Prudentia infusa non potest simul esse cum peccato, ut docet S. Thomas 2. 2. q. 47. art. 13. Ergo nec visio clara Dei, quae speculative & practice perfectior est prudentia infusa, immo eminenter continet omne id quod habet actus prudentiae.

83 Deinde suadetur conclusio specialiter de amore beatifico: Ille enim est formalis conversio actualis ad Deum, cum virtuali ad minus displicentia omnis divertens ab ipso: Atqui cum conversione actuali stare non potest de potentia etiam absoluta averso actualis a Deo, quae in peccato mortali invenitur; nec etiam cum virtuali displicentia cuiuscumque obiecti divertens a Deo, actualis diverso competens veniali peccato: Ergo nec peccatum mortale, nec veniale est compatibile cum amore beatifico, etiam de potentia Dei absoluta.

84 Denique probari potest conclusio ratione generali. Non potest Deus de potentia ordinaria actuale peccatum cum visione & amore beatifico conjungere: Ergo neque de extraordinaria & absoluta. Antecedens conceditur ab Adversariis, & patet ex articulo precedenti. Consequentia sic probatur: Ea quae Deus miraculose, ac de potentia extraordinaria & absoluta operatur, illi ut speciali auctori aut conservatori attribuantur: Sed repugnat conjunctionem actualis peccati cum visione & amore beatifico, Deo ut auctori aut conservatori speciali attribui: Ergo & illa de absoluta potentia simul conjungi. Major patet, Minor proinde ac simul tamen ditorum extremorum, attingit utriusque existentiam; Sed repugnat Deum, ut auctorem aut conservatorem specialem, attingere existentiam peccati, tam in fieri, quam in conservari; alias illi, vel ut producenti, vel ut conservanti, attribueretur peccatum: Ergo pugnat conjunctionem actualis peccati cum visione & amore beatifico, Deo ut auctori aut conservatori speciali adscribi.

§. II.

Alia difficultas resolvitur.

85 Dico secundo: Peccatum etiam habituale de absoluta potentia non potest cum beatifica visione componi. Probatur primo: impossibile est per quamcumque potentiam, quod homo simul habeat duos ultimos fines simpliciter, etiam si unum habeat actualiter, & alium solum habitualiter, ut supra ostensum est disp. 1. art. 6. Sed videns Deum, habet illum actualiter pro ultimo fine simpliciter; cum visio beatifica sit Dei ut ultimi finis adeptio: qui vero est in statu peccati, in creaturam ut ultimum finem habitualiter conversus est: Ergo repugnat peccatum habituale cum beatifica visione conjungi.

86 Probatur secundo: Quae Deus miraculose & de potentia extraordinaria & absoluta operatur, illi ut speciali auctori vel conservatori tribuantur, si enim de absoluta potentia impeditur v. g. ne calor ignis expelleret frigus ab aqua, conservatio frigiditatis illi ut speciali auctori tribueretur: Sed repugnat conjunctionem peccati habitualis cum beatifica visione attribui Deo ut speciali auctori; alioquin, ut supra arguebamus, existerentia aut conservatio peccati illi ut auctori speciali tribueretur, quod infinita ejus sanctitati repugnat: Ergo implicat peccatum habituale de potentia Dei extraordinaria & absoluta, cum beatifica visione componi.

87 Probatur tertio, ratione fundamentali, quae virtualiter est triplex: Peccatum enim habituale, seu macula peccati, tria importat, scilicet privationem gratiae, averfionem a Deo ut ultimo fine, & quod talis privatio & averso sit voluntaria, seu ex precedenti actu voluntatis causata: Sed visio beatifica haec tria virtualiter tollit excludit: Ergo cum peccato habituali incompatibilis est. Major supponitur ex tractatu de peccatis. Minor vero quantum ad singulas partes breviter suaderi potest. Et primo quod visio privationem gratiae virtualiter excludat, sic ostenditur. Actus necessario supponens in subiecto quo elicitur gratiam sanctificantem, ejus privationem implicite saltem & virtualiter excludit: Sed visio beatifica gratiam sanctificantem in subiecto quo elicitur, necessario & indispensabiliter supponit: Ergo ejus privationem virtualiter saltem excludit. Major patet: gratia enim sanctificans sui privationem formaliter expellit; sicut lux formaliter expellit tenebras, & quilibet forma sui privationem: Ergo actus necessario indispensabiliter supponens in subiecto a quo elicitur gratiam habituales, virtualiter saltem ejus privationem excludit, & cum ea incompatibilis est. Minor vero, in qua est difficultas, sic probatur. Actus perfecte vitalis vitalitate supernaturali, necessario supponit in subiecto a quo elicitur, principium radicale vitae supernaturalis: Sed visio beatifica est actus perfecte vitalis vitalitate supernaturali, unde in Scriptura *visio aeterna* saepe appellatur; & gratia sanctificans est principium radicale vitae supernaturalis, cum illa teneat locum substantiae supernaturalis, & sit prima radix virtutum & donorum supernaturalium, quae sunt principia proxima actuum supernaturalium, quibus homo in actu secundo vivit vita supernaturali: Ergo visio beatifica necessario & indispensabiliter supponit in subiecto a quo elicitur, gratiam sanctificantem. Minor est certa, quoad utramque partem. Major vero declaratur & probatur exemplo actuum vitalium ordinis naturalis: Intellectus enim v. g. necessario indispensabiliter supponit in subiecto a quo elicitur, principium radicale vitae naturalis, scilicet animam rationalem, & idem dicit de volitione, visione, comestione, & aliis operationibus vitalibus ordinis naturalis; unde cum de vita supernaturali eodem modo, proportione servata, philosophandum sit, ac de vita naturali (gratia enim non destruit naturam, sed perficit) dicendum est, actus perfecte vitales vitalitate supernaturali, necessario & indispensabiliter supponere in subiecto a quo eliciuntur principium radicale vitae supernaturalis, quod aliud esse non potest, quam ipsa gratia sanctificans. Ex quo inferes Deum non posse, etiam de absoluta potentia, elevare hominem existentem in peccato mortali ad visionem beatificam, nisi prius, saltem natura, gratiam sanctificantem illi infundat; alioquin simul viveret & non viveret vita perfecte supernaturali: sicut non potest facere quod corpus mortuum operationes vitae naturalis exerceat, nisi prius natura animam illi infundat.

88 Secunda pars Minoris principalis, quae asserit visionem beatificam, averfionem a Deo ut ultimo fine virtualiter saltem excludere, & cum ea non posse componi, facile suadetur. Visio enim beatifica est adeptio ultimi finis, seu perfectissima cum Deo ut ultimo fine conjunctio, ut patet ex dictis disputatione precedenti. Sed consecutio ultimi finis, seu perfectio cum Deo ultimo fine conjunctio, separationem & averfionem a Deo ut ultimo fine excludit, & cum ea incompatibilis est, etiam de absoluta Dei potentia: Ergo & visio beatifica.

89 Neque dici potest, solum intellectum beati uniri Deo tanquam ultimo fini per visionem beatificam, non autem voluntatem; atque ita voluntatem posse ab illo manere habitualiter averfam. Nam contra est, quod intellectus non solum facit finem praesentem sibi, sed etiam toti supposito, & consequenter voluntati, saltem mediate: unde sicut repugnat lapidem immobiliter conjungi centro, & simul ab eo recedere & elongari; ita implicat beatum immobiliter conjungi Deo ut ultimo fini per visionem beatificam; & simul ab eo manere habitualiter averfam & separatum per peccatum habituale in voluntate existens.

90 Tertia pars Minoris principalis, quae dicit visionem beatificam, rationem voluntarii, in peccato habituali in usum virtualiter saltem destrueret, sic ostenditur. Non potest visio clara Dei non destrueret virtualiter illud quod amor beatificus destruit formaliter: Sed amor beatificus destruit formaliter rationem voluntarii ad peccatum habituale pertinentem.



invenit: Ergo visio Dei eandem destruet virtualiter. Minor est certa: quia voluntaria profectio summi boni destruit necessarium voluntariam profectioem cuiuscumque objecti peccaminosi, sibi directe oppositam. Major vero probatur: Forma virtualiter continens aliam, virtualiter prestat effectum eius formalem: Sed visio clara Dei est forma virtualiter continens amorem beatificum, cuius est radix, & unus ex effectibus formalibus amoris beatifici est destrueri rationem voluntarii, ad peccatum habituale pertinentem: Ergo visio beatifica hoc ipsum virtualiter prestat.

§. III.

Solvuntur Objectiones.

90 Respondeo primo contra primam conclusionem: Non minus repugnat beatitudini tristitia seu dolor actualis, quam actuale peccatum, sicut enim beatitudo excludit malum culpa, ita & malum poenae. Sed de potentia absoluta, tristitia seu dolor actualis cum beatitudine essentiali, seu visione beatifica, composibilis est: ut patet in Christo, in quo fuit summa tristitia, & dolor, licet ab instanti sua conceptionis esset beatus & comprehensor: Ergo etiam actuale peccatum, cum beatitudine seu clara Dei visione potest subsistere.

91 Respondeo hegando Majorem: tum quia peccatum repugnat beatitudini, ratione visionis beatifica: quae cum sit eius essentia, seu ratio formalis constitutiva, ab ea inseparabilis est: dolor vero seu tristitia illi repugnat ratione gaudii, seu delectationis beatifica, quae cum non sit essentia beatitudinis, sed tantum ejus proprietates, de potentia absoluta ab ea separari potest. Tum etiam quia tristitia seu dolor non importat averfionem ab ultimo fine nec procedit ex iudicio & discrimine erroneo, sed tantum importat defectum aliquem naturae, five innatum, five illatum, & aliquid ipsi disconveniens, non est autem implicita seu repugnancia, quod visio beata fit simul cum aliquo defectu aut re aliqua disconveniensi ipsi naturae: quia naturam in omnibus esse reparatam & perfectam, non est ipsa essentia beatitudinis, sed effectus ejus, pertinensque ad statum ejus accidentalem, non vero ad substantiam: bene tamen implicat averfionem ab ultimo fine, & iudicium, seu dispenam erroneam, cum beatifica visione subsistere, ut satis supra ponderatum est.

92 Obijcies secundo: Potentia ad peccandum est de essentia libertatis create, vel saltem ejus pars aut complementum: Sed in Beatis remanet perfecta libertas: Ergo & potentia ad peccandum. Respondeo negando Majorem: potentia enim ad peccandum, neque est de essentia libertatis create, neque ejus perfectio, aut complementum, sed potius aliquis defectus illi conveniens per accidens, & prout est in subiecto nondum confirmatum in gratia, vel nondum clare vidente divina essentiam: Nam ut perbellet discurretur sic se habet ad eligendum ea quae sunt ad finem, sicut se habet intellectus ad conclusiones: Manifestum est autem quod ad virtutem intellectus pertinet: ut in diversis conclusionibus procedere possit secundum principia data: sed quod in aliquam conclusionem procedat, praevertendo ordinem principiorum, hoc est ex defectu visus. Unde quod liberam arbitrium diversa eligere possit, servato ordine finis, hoc pertinet ad perfectionem libertatis ejus: sed quod eligat aliquam diverfionem ab ordine finis (quod est peccare) hoc pertinet ad defectum libertatis. Unde major libertas arbitrii est in Angelis qui peccare non possunt (idem dicendum de aliis beatis) quam in nobis qui peccare possumus. De quo uberius Tractatu sequenti. Disp. 2. art. 3. §. 2.

93 Obijcies tertio: Potest Deus praecipere imponere beato de aliquo actu libero, v. g. de custodia hominum. At supposito illo praecipere, potest beatus peccare: Ergo actuale peccatum, cum visione beatifica potest componi. Major patet, Minor probatur. Supposito illo praecipere, potest beatus omittre talem actum, cum adhuc supposito illo praecipere, libere illum exerceat: Ergo potest peccare peccato omissionis. Respondeo, concessa Majori, negando Minorem. Ad cuius probationem, distinguo Antecedens: stante tali praecipere potest omittre talem actum, omissione physica & naturali, concedo Antecedens; omissione morali & culpabili, nego Antecedens. Vel potest omittre, potentia antecedenti, & in sensu diviso, concedo Antecedens: potentia consequenti, & in sensu composito, nego Antecedens, & Consequentiam. Possunt haec explicari exemplo Christi, qui respectu actus cadentis sub praecipere, fuit liber quoad exercitium, tamen non potuit peccare: quia licet potuerit omittre actum, prout omissione est pura negatio actus oppositi, non tamen quatenus est privatio praedicti actus ut debet, vel quia licet illum potuerit omittre potentia antecedenti, & in sensu diviso, non tamen potentia consequenti, & in sensu composito. De quo in tractatu de Incarnacione Disp. 21. art. 3. §. 3. dum agemus de Concordia libertatis Christi cum ejus impeccabilitate.

94 Dices: actu omittre actum praecipitum, est actu peccare: Ergo posse illum omittre, est posse peccare. Sed quia actu esse hominem, est actu esse animal rationale, & posse esse hominem, est posse esse animal rationale. Respondeo, concessa Antecedenti, negando Consequentiam: Quia arguitur a sensu composito additivum: sicut in ista. Actu non ponere actum praecipitum a Deo, est actu falsificare scientiam Dei. Ergo posse illum non ponere, est posse illum falsificare. Vel claritatis gratia distinguo Consequens: posse omittre actum praecipitum, potentia consequenti, & omissione privative accepta, est posse peccare, concedo. Posse omittre, potentia solum antecedenti, & omissione pure negativa, nego.

Ratio distinctionis est, quia potentia consequens dicitur, quae aliquando est ad actum reducenda, & cui ex nullo capite repugnat cum actu conjungi; unde cum perfecte & complete praestit fit, a nullo praedicato, etiam accidentaliter, in suis extremis praescindit: potentia autem antecedens est, quae ad actum reducenda non est, & cui ex aliqua suppositione repugnat cum actu conjungi, tenditque in actum vel negationem actus, secundum se, praescindendo ab his quae accidentaliter illis conveniunt, & eo quod non sit praestit complete. Cum ergo supposito praecipere de aliquo actu, omissioni illius connexa sit ex accidenti ratio privationis morali, hinc fit quod potentia consequens ad illum omittendum, sit potentia ad omissionem moraliter & privative sumptam, subindeque potentia ad peccandum, non vero potentia antecedens, quae tendit ad negationem actus secundum se, & cum praesione eorum quae ex accidenti illi conjuncta inveniuntur. Unde non valet illa consequentia: Beatus potentia antecedenti potest omittre actum praecipitum: Ergo potest peccare: sicut nec ista: Christus, supposito praecipere Patris de subeunda morte potuit non mori potentia antecedenti: Ergo potuit peccare; & praecipitum Patris non implere.

Nec obitat exemplum quod in argumento adducitur: 95 nam homo est essentialiter animal rationale; omissioni vero seu negatio mortis in Christo (idem dicendum de omissione actualis custodia in Angelo aut beato) non est essentialiter privatio & transgressio, sed accidentaliter, & ratione praecipit per accidens suppositi; potentia autem non potest ab actu dividere, quae sunt illi essentialia, & sic non stat potentia ad hominem, divise ab hoc quod esse animal rationale; potest tamen praescindere ab illis quae accidentaliter conjunguntur cum actu vel negatione ejus, per tendentiam ad illa secundum se accepta; & quia negatio mortis, vel custodia, cadentis sub praecipere, solum est privatio per accidens, & ratione praecipit, quod illi essentiali non est, consequens fit, quod adhuc in instanti praecipit, possit potentia tendere ad illam secundum se inspectam, quoad sibi essentialia, quia ratione solum est negatio, praescindendo ab illa, quatenus privatio est; & consequenter tendere ad illam in sensu diviso, non autem in sensu composito. Quod mille exemplis in omnium sententia admittendis potest manifestari: sed de hoc fufse loc. cit. dicemus.

96 Intubis: Stante praecipere de aliquo actu supernaturali, potest Deus negare beato auxilium efficax ad illum eligendum: Ergo beatus potest omittre actum praecipitum, non solum potentia antecedenti, & in sensu diviso, sed etiam potentia consequenti, & in sensu composito, subindeque peccare. Antecedens videtur certum: cum enim auxilium efficax sit pure gratuitum, & non requiratur ad posse, sed ad agere, Deus nemini tenetur illud concedere. Consequentia vero est manifesta, nam cum auxilium efficax applicet potentiam ad operandum, ad ejus denegationem non solum sequitur potentia consequens & expedita ad omittendum actum praecipitum, sed etiam actualis illius omissione.

97 Respondeo primo, negando Antecedens: sicut enim ex suppositione quod Deus Christo Domino imponat praecipitum supernaturali, tenetur illi dare auxilium efficax supernaturali, quia persona impeccabilis est; ita ex hypothefi quod aliquem elevet ad clarum sui visionem, & illi actum aliquem supernaturali praecipit, tenetur auxilium efficax ad illum eligendum tribuere: quia (ut supra ostendimus) ex vi status beatifici, & clarae Dei visionis, redditur omnino impeccabilis.

98 Respondeo secundo, quod si instante aliquo praecipere supernaturali, Deus omne auxilium efficax, omnemque ad agendum concursum denegaret, omissione talis praecipit non esset privativa & culpabilis, sed pure negativa & inculpabilis: nam, ut in tractatu de peccatis Disp. 4. art. 2. ostendimus, ut omissione fit voluntaria & culpabilis, debet necessario habere annexum aliquem actum, qui sit causa vel occasio omittendi, quique per ordinem ad omissionem sit intrinsece & positive malus. Si autem Deus omnem concursum ad agendum beato denegaret, eo ipso desisset illi omne exercitium liberum, nullamque posset elicere actum, qui esset causa omittendi praecipitum.

Obijcies

in scholis non exponitur; visum est disputationi de proprietatibus beatitudinis istam annexere, & breviter de dotibus & aureolis beatorum hic differere. Pauca etiam de fructibus Evangelicis subnectemus: quia de his hic differunt plures Theologi.

ARTICULUS I.

Quot, & quae ponantur sine dotes in anima beata; & an illae sint habitus vel operationes?

§. I.

Praemittitur quod apud omnes est certum.

Supponimus tamquam certum & indubitatum, quod in beatis dotes debent admittere. Dos enim, si quis accepit pro dono quo sponfa datur, quando in domum sponsi solemniter traducitur, tum in solatium matrimonii, ejusque sustentationem, tum in ornamentum ipsius sponsae, ut dicitur lege de off. de jure dotium: unde cum in beatitudine sit conjunctio perpetua inter animam & Deum, & veluti spirituale quoddam connubium, refert, a Theologis assignantur dotes, quasi ornamenta quaedam sponsae, aliae quidem ex parte animae, de quibus in praesenti agimus; & aliae ex parte corporis, de quibus articulo sequenti.

Dices primo: Dos secundum jura non consistit dari a patre sponsi, vel ab ipso sponso, sed a patre sponsae: Atqui omnia dona beatitudinis dantur beatis a patre sponsi, scilicet Christi, secundum illud Jacobi 1. Omnia datum optimum & omne donum perfectum, deservitum est descendens a patre lumininum: Ergo dona beatitudinis non possunt appellari dotes, per similitudinem ad matrimonium carnale.

Respondeo primo, quod licet regulariter sponsa doteatur a patre suo, tamen aliquando doteatur a patre sponsi, ut ab ipso sponso, vel in poenam, ut si ipse fudit virginitatem & corruptus, ut dicitur Exodi 22. vel propter inaequalitatem conditionis, ut si puella fit longe nobilior, ut junior, vel denique ex nimio affectu & amore ad sponsam, cuius paupertatem aut desolationem vult dote recreare: Unde Gen. 54. Sicutem ob ardentem amorem erga Dinam dixit Jacob & filiis ejus: Auges dorem, & postulate manna. Et propter hanc ultimam rationem, in beatitudine dos tribuitur animae beatae ab ipso sponso, five a Christo, ob simiam scilicet caritatem qua eam diligit.

Secundo responderi potest cum D. Thoma in supplemento 4. q. 95. art. 1. ad 2. concessa Majori, negando minorem; nam Pater sponsi, scilicet Christi, est persona sola Patris; Pater autem sponsae est tota Trinitas: effectus autem in creaturis ad totam pertinent Trinitatem. Unde hujusmodi dotes in spirituali matrimonio, proprie loquendo, magis dantur a patre sponsae, quam a patre sponsi.

Dices secundo: Dos assignatur sponsae, & traditur sponso, ad sustinenda onera matrimonii: Atqui in matrimonio spirituali anima ad Deum, quod incipit in via per fidem & Caritatem & consummatur in patria per clarum Dei visionem, nulla sunt onera, sed potius summa jucunditas & delectatio: Ergo in eo dos assignari non debet.

Respondet D. Thomas loc. cit. in solutione ad 8. quod d. 6. ribus per se convenit illud quod per dotes efficiunt, scilicet solatium matrimonii, sed per accidens, illud per eas reperitur, scilicet onus matrimonii quod per eas levatur; sicut gratia per se competit facere justum, sed per accidens, quod de impio faciat justum; Quomodo ergo in matrimonio spirituali non sine aliqua onera, est tamen ibi summa jucunditas; & ad hanc perfectionem dotes sponfae conferuntur, ut scilicet delectabiliter per eas sponso conjugantur.

Adde quod, dos non assignatur solum ad sustinenda onera matrimonii, sed etiam ad decentiam & ornatum sponsae, ut sic decentius conjugatur sponso: unde alia est dos naturalis, quae ipsi feminis a natura tribuitur, scilicet virginitas & pudor; alia civilis, quae consistit in bonis fortuna & divitiis: ut ergo anima beata exornetur & decoretur, ac decentius caelesti Sponso conjugatur, debent illi assignari & conferri dotes; quando in domum Sponsi solemniter traducitur, & in caelestem patriam introducitur. Quomodo igitur, quot & quae sint hujusmodi dotes, & an illae sint habitus vel operationes?

§. II.

Utraque difficultas, duplii conclusione resolvitur.

Deo primo: Tres tantum sunt dotes animae beatae, scilicet visio, comprehensio, seu tentio, & delectatio. Ita D. Thoma 1. p. q. 12. art. 7. ad 1. in supplemento q. 95. citata, art. 3. & alii Theologi communiter.

Probatur conclusio ratione fundamentali. De ratione tria sunt: primum est, ut solum in patria conveniat, nam dos datur ratione matrimonii consummati & inchoati; matrimonium autem spirituale Dei cum anima beata, hoc hic inchoatur per fidem & caritatem, solum consummatur & redditur

DISPUTATIO V.

De dotibus & aureolis Beatorum.

Quamvis Angelicus Doctor hic de dotibus & aureolis Beatorum non disputet, sed reservet ad finem tertiae partis: quia tamen more preventus illum tractatum non edidit, & supplementum ad tertiam partem communiter



invenit: Ergo visio Dei eandem destruet virtualiter. Minor est certa: quia voluntaria profectio summi boni destruit necessarium voluntariam profectioem cuiuscumque objecti peccaminosi, sibi directe oppositam. Major vero probatur: Forma virtualiter continens aliam, virtualiter prestat effectum eius formalem: Sed visio clara Dei est forma virtualiter continens amorem beatificum, cuius est radix, & unus ex effectibus formalibus amoris beatifici est destrueret rationem voluntarii, ad peccatum habituale pertinentem: Ergo visio beatifica hoc ipsum virtualiter prestat.

§. III.

Solvuntur Objectiones.

90 Respondeo primo contra primam conclusionem: Non minus repugnat beatitudini tristitia seu dolor actualis, quam actuale peccatum, sicut enim beatitudo excludit malum culpa, ita & malum poenae. Sed de potentia absoluta, tristitia seu dolor actualis cum beatitudine essentiali, seu visione beatifica, composibilis est: ut patet in Christo, in quo fuit summa tristitia, & dolor, licet ab instanti sua conceptionis esset beatus & comprehensor: Ergo etiam actuale peccatum, cum beatitudine seu clara Dei visione potest subsistere.

91 Respondeo hegando Majorem: tum quia peccatum repugnat beatitudini, ratione visionis beatifica: quae cum sit eius essentia, seu ratio formalis constitutiva, ab ea inseparabilis est: dolor vero seu tristitia illi repugnat ratione gaudii, seu delectationis beatifica, quae cum non sit essentia beatitudinis, sed tantum ejus proprietates, de potentia absoluta ab ea separari potest. Tum etiam quia tristitia seu dolor non importat averfionem ab ultimo fine nec procedit ex iudicio & discrimine erroneo, sed tantum importat defectum aliquem naturae, five innatum, five illatum, & aliquid ipsi disconveniens, non est autem implicita seu repugnancia, quod visio beata fit simul cum aliquo defectu ut re aliqua disconvenienti ipsi naturae: quia naturam in omnibus esse reparatam & perfectam, non est ipsa essentia beatitudinis, sed effectus ejus, pertinetque ad statum ejus accidentalem, non vero ad substantiam: bene tamen implicat averfionem ab ultimo fine, & iudicium, seu dispenam erroneam, cum beatifica visione subsistere, ut satis supra ponderatum est.

92 Obijcies secundo: Potentia ad peccandum est de essentia libertatis create, vel saltem ejus pars aut complementum: Sed in Beatis remanet perfecta libertas: Ergo & potentia ad peccandum.

Respondeo negando Majorem: potentia enim ad peccandum, neque est de essentia libertatis create, neque ejus perfectio, aut complementum, sed potius aliquis defectus illi conveniens per accidens, & prout est in subiecto nondum confirmatum in gratia, vel nondum clare vidente divina essentiam: Nam ut perbelte discurretur sic se habet ad eligendum ea quae sunt ad finem, sicut se habet intellectus ad conclusionem: Manifestum est autem quod ad virtutem intellectus pertinet: ut in diversis conclusionibus procedere possit secundum principia data: sed quod in aliquam conclusionem procedat, praetermittendo ordinem principiorum, hoc est ex defectu visus. Unde quod liberum arbitrium diversa eligere possit, servato ordine finis, hoc pertinet ad perfectionem libertatis ejus: sed quod eligat aliquam avertendo ab ordine finis (quod est peccare) hoc pertinet ad defectum libertatis. Unde major libertas arbitrii est in Angelis qui peccare non possunt (idem dicendum de aliis beatis) quam in nobis qui peccare possumus. De quo uberius Tractatu sequenti. Disp. 2. art. 3. §. 2.

93 Obijcies tertio: Potest Deus praecipere imponere beato de aliquo actu libero, v. g. de custodia hominum. At supposito illo praecipere, potest beatus peccare: Ergo actuale peccatum, cum visione beatifica potest componi. Major patet, Minor probatur. Supposito illo praecipere, potest beatus omittre talem actum, cum adhuc supposito illo praecipere, libere illum exerceat: Ergo potest peccare peccato omissionis.

Respondeo, concessa Majori, negando Minorem. Ad cuius probationem, distinguo Antecedens: stante tali praecipere potest omittre talem actum, omissione physica & naturali, concedo Antecedens; omissione morali & culpabili, nego Antecedens. Vel potest omittre, potentia antecedenti, & in sensu diviso, concedo Antecedens: potentia consequenti, & in sensu composito, nego Antecedens, & Consequentiam.

Possunt haec explicari exemplo Christi, qui respectu actus cadentis sub praecipere, fuit liber quoad exercitium, tamen non potuit peccare: quia licet potuerit omittre talem actum, prout omissionis est pura negatio actus oppositi, non tamen quatenus est privatio praedicti actus ut debet, vel quia licet illum potuerit omittre potentia antecedenti, & in sensu diviso, non tamen potentia consequenti, & in sensu composito. De quo in tractatu de Incarnacione Disp. 21. art. 3. §. 3. dum agemus de Concordia libertatis Christi cum ejus impeccabilitate.

94 Dices: actu omittre actum praecipitum, est actu peccare: Ergo potest illum omittre, est posse peccare. Sed quia actu esse hominem, est actu esse animal rationale, & posse esse hominem, est posse esse animal rationale.

Respondeo, concessa Antecedenti, negando Consequentiam: Quia arguitur a sensu composito additivum: sicut in ista. Actum non ponere actum praecipitum a Deo, est actu falsificare scientiam Dei. Ergo potest illum non ponere, est posse illum falsificare. Vel claritatis gratia distinguo Consequens: posse omittre actum praecipitum, potentia consequenti, & omissione privative accepta, est posse peccare, concedo. Posse omittre, potentia solum antecedenti, & omissione pure negativa, nego.

Ratio distinctionis est, quia potentia consequens dicitur, quae aliquando est ad actum reducenda, & cui ex nullo capite repugnat cum actu conjungi; unde cum perfecte & complete practica fit, a nullo praedicato, etiam accidentaliter, in suis extremis praedicat: potentia autem antecedens est, quae ad actum reducenda non est, & cui ex aliqua suppositione repugnat cum actu conjungi, tenditque in actum vel negationem actus, secundum se, praedicandum ab his quae accidentaliter illis conveniunt, & ex quod non fit practica complete. Cum ergo supposito praecipere de aliquo actu, omissioni illius connexa sit ex accidenti ratio privationis moralis, hinc fit quod potentia consequens ad illum omittendum, sit potentia ad omissionem moraliter & privative sumptam, subindeque potentia ad peccandum, non vero potentia antecedens, quae tendit ad negationem actus secundum se, & cum praecisione eorum quae ex accidenti illi conjuncta inveniuntur. Unde non valet illa consequentia: Beatus potentia antecedenti potest omittre actum praecipitum: Ergo potest peccare: sicut nec ista: Christus, supposito praecipere Patris de subeunda morte potuit non mori potentia antecedenti: Ergo potuit peccare: & praecipere Patris non implere.

Nec obitat exemplum quod in argumento adducitur: 95 nam homo est essentialiter animal rationale; omissionis vero seu negatio mortis in Christo (idem dicendum de omissione actualis custodia in Angelo aut beato) non est essentialiter privatio & transgressio, sed accidentaliter, & ratione praecipere per accidens suppositi; potentia autem non potest ab actu dividere, quae sunt illi essentialia, & sic non stat potentia ad hominem, divise ab hoc quod esse animal rationale, potest tamen praecidere ab illis quae accidentaliter conjunguntur cum actu vel negatione ejus, per tendentiam ad illa secundum se accepta; & quia negatio mortis, vel custodia, cadentis sub praecipere, solum est privatio per accidens, & ratione praecipere, quod illi essentiali non est, consequens fit, quod adhuc in instanti praecipere, possit potentia tendere ad illum secundum se inspectam, quoad sibi essentialia, quia rationes solum est negatio, praecidendo ab illa, quatenus privatio est; & consequenter tendere ad illum in sensu diviso, non autem in sensu composito. Quod mille exemplis in omnium sententia admittendis potest manifestari: sed de hoc fufse loc. cit. dicemus.

96 Intubis: Stante praecipere de aliquo actu supernaturali, potest Deus negare beato auxilium efficax ad illum eligendum: Ergo beatus potest omittre actum praecipitum, non solum potentia antecedenti, & in sensu diviso, sed etiam potentia consequenti, & in sensu composito, subindeque peccare. Antecedens videtur certum: cum enim auxilium efficax sit pure gratuitum, & non requiratur ad posse, sed ad agere, Deus nemini tenetur illud concedere. Consequentia vero est manifesta, nam cum auxilium efficax applicet potentiam ad operandum, ad ejus denegationem non solum sequitur potentia consequens & expedita ad omittendum actum praecipitum, sed etiam actualis illius omissionis.

Respondeo primo, negando Antecedens: sicut enim ex suppositione quod Deus Christo Domino imponat praecipitum supernaturale, tenetur illi dare auxilium efficax supernaturale, quia persona impeccabilis est; ita ex hypothese quod aliquem elevet ad clarum sui visionem, & illi actum aliquem supernaturalem praecipiat, tenetur auxilium efficax ad illum eligendum tribuere: quia (ut supra ostendimus) ex vi status beatifici, & clarae Dei visionis, redditur omnino impeccabilis.

Respondeo secundo, quod si instante aliquo praecipere supernaturali, Deus omne auxilium efficax, omnemque ad agendum concursum denegaret, omissionis talis praecipere non esset privativa & culpabilis, sed pure negativa & inculpabilis: nam, ut in tractatu de peccatis Disp. 4. art. 2. ostendimus, ut omissionis sit voluntaria & culpabilis, debet necessario habere annexum aliquem actum, qui sit causa vel occasio omittendi, quique per ordinem ad omissionem sit intrinsece & positive malus. Si autem Deus omnem concursum ad agendum beato denegaret, eo ipso desisset illi omne exercitium liberum, nullamque posset elicere actum, qui esset causa omittendi praecipitum.

Obijcies

in scholis non exponitur; visum est disputationi de proprietatibus beatitudinis istam annexere, & breviter de dotibus & aureolis beatorum hic differere. Pauca etiam de fructibus Evangelicis subnectemus: quia de his hic differunt plures Theologi.

ARTICULUS I.

Quot, & quae ponantur sine dotes in anima beata, & an illae sint habitus vel operationes?

§. I.

Praemittitur quod apud omnes est certum.

Supponimus tamquam certum & indubitatum, quod in beatis dotes debent admittere. Dos enim, si quis riperit accipitur pro dono quo sponfa datur, quando in domum sponsi solemniter traducitur, tum in solatium matrimonii, ejusque sustentationem, tum in ornamentum ipsius sponsae, ut dicitur lege de off. de jure dotium: unde cum in beatitudine sit conjunctio perpetua inter animam & Deum, & veluti spirituale quoddam connubium, restet, a Theologis assignantur dotes, quasi ornamenta quaedam sponsae, aliae quidem ex parte animae, de quibus in praesenti agimus, & aliae ex parte corporis, de quibus articulo sequenti.

Dices primo: Dos secundum jura non consistit dari a patre sponsi, vel ab ipso sponso, sed a patre sponsae: Atqui omnia dona beatitudinis dantur beatis a patre sponsi, scilicet Christi, secundum illud Jacobi 1. Omnia datum optimum & omne donum perfectum, deservium est descendens a patre lumininum: Ergo dona beatitudinis non possunt appellari dotes, per similitudinem ad matrimonium carnale.

Respondeo primo, quod licet regulariter sponsa doteatur a patre suo, tamen aliquando doteatur a patre sponsi, ut ab ipso sponso, vel in poenam, ut si ipse fuxerit virginitatem & corruptus, ut dicitur Exodi 22. vel propter inaequalitatem conditionis, ut si puella fit longe nobilior, ut junior, vel denique ex nimio affectu & amore ad sponfam, cuius paupertatem aut desolationem vult dote recreare: Unde Gen. 54. Sicutem ob ardentem amorem erga Dinam dixit Jacob & filiis ejus: Auges dorem, & postulate manna. Et propter hanc ultimam rationem, in beatitudine dos tribuitur animae beatae ab ipso sponso, five a Christo, ob simiam scilicet caritatem qua eam diligit.

Secundo responderi potest cum D. Thoma in supplemento 4. q. 95. art. 1. ad 2. concessa Majori, negando minorem; nam Pater sponsi, scilicet Christi, est persona sola Patris; Pater autem sponsae est tota Trinitas: effectus autem in creaturis ad totam pertinent Trinitatem. Unde hujusmodi dotes in spirituali matrimonio, proprie loquendo, magis dantur a patre sponsae, quam a patre sponsi.

Dices secundo: Dos assignatur sponsae, & traditur sponso, ad sustinenda onera matrimonii: Atqui in matrimonio spirituali anima ad Deum, quod incipit in via per fidem & Caritatem & consummatur in patria per clarum Dei visionem, nulla sunt onera, sed potius summa jucunditas & delectatio: Ergo in eo dos assignari non debet.

Respondet D. Thomas loc. cit. in solutione ad 8. quod d. 6. ribus per se convenit illud quod per dotes efficitur, scilicet solatium matrimonii, sed per accidens, illud per eas reperitur, scilicet onus matrimonii quod per eas levatur; sicut gratia per se competit facere justum, sed per accidens, quod de impio faciat justum; Quomodo ergo in matrimonio spirituali non sine aliqua onera, est tamen ibi summa jucunditas; & ad hanc perfectionem dotes sponsae conferuntur, ut scilicet delectabiliter per eas sponso conjugantur.

Adde quod, dos non assignatur solum ad sustinenda onera matrimonii, sed etiam ad decentiam & ornatum sponse, ut sic decentius conjugatur sponso: unde alia est dos naturalis, quae ipsi feminis a natura tribuitur, scilicet virginitas & pudor; alia civilis, quae consistit in bonis fortuna & divitiis: ut ergo anima beata exornetur & decoretur, ac decentius caelesti Sponso conjugatur, debent illi assignari & conferri dotes; quando in domum Sponsi solemniter traducitur, & in caelestem patriam introducitur. Quomodo igitur, quot & quae sint hujusmodi dotes, & an illae sint habitus vel operationes?

§. II.

Utraque difficultas, duplii conclusionis resolvitur.

Dico primo: Tres tantum sunt dotes animae beatae, scilicet visio, comprehensio, seu tentio, & delectatio. Ita D. Thomas 1. p. q. 12. art. 7. ad 1. in supplemento q. 95. citata, art. 3. & alii Theologi communiter.

Probatum conclusio ratione fundamentali. De ratione tribus tria sunt: primum est, ut solum in patria conveniant nam dos datur ratione matrimonii consummati & inchoati; matrimonium autem spirituale Dei cum anima beata, hoc hic inchoatur per fidem & caritatem, solum consummatur & redditur

DISPUTATIO V.

De dotibus & aureolis Beatorum.

Quamvis Angelicus Doctor hic de dotibus & aureolis Beatorum non disputet, sed reservet ad finem tertiae partis: quia tamen more preventus illum tractatum non edidit, & supplementum ad tertiam partem communiter